

emollientia, suppurantia, rodentia, caustica, dissipantia, mala sunt.

4. Sed sola tum (490. 3.) anodyna, sedanta motum, Saturnina Mercurialia blanda convenient.

491. Si simul temperies peccat, haec corrigenda p[ro]ae caeteris.

C A N C E R.

492. Scirrhus, (392) aetate, augmento, motu vicinorum, si moveatur ita, ut vasa vicina ad margines scirrhi inflammari incipient, evadit malignus, & vocatur jam Cancer a similitudine, vel Carcinoma.

493. In quo (492) gradus inflammatis vicinae; acrimoniae puridae excessus in loco affecto; dignitas partis; glandularum nexarum numerus & conditio; temperies totius, diversos malignitatis primae status docet.

494. Si suis continetur pellibus, Occultus, his ulcere ruptis, Manifestus vel Ulcerosus dicetur; posterior priimi soboles.

495. Causa est quidquid scirrum facit, (484. 485.) acre scirrho mistum; mutatio in circulantibus, a menstruis haemorrhoidibus, haemorrhagia qualibet, retentis; sterilitas, coelibatus, effoeta aetas

a 45

a 45 ad 50 annos; victus austerus, acer,
calidus; affectus animi tristes & biliosi,
irritatio externa quaelibet, mota, calore,
acrimonia, emolliente, suppurante, cau-
stica, vesicante medela externa, vel interna
similia peragente.

496. Locus ut Scirrhi. (484.)

497. Cognoscitur Occultus ex signis
scirrhi (487.) praegressi, accedente titilla-
tione, pruritu, calore, rubore, dolore
lancinante, urente, pungente, colore ru-
bello, rubro, purpureo, caeruleo, livi-
do, atro; duritie summa, praerupta, sca-
bra, cum eminenti apice; tumoris aug-
mento; vasis sanguiferis vicinis tumenti-
bus, nodosis, varicosis, crassis, atris.

498. Ulceratus noscitur ex praegresso
occulto prius cognito, (497.) si aperitur;
pellis tum quasi excoriando denudatur, &
tenuis, acer, ichor, quasi transfusando
exprimitur.

499. Ejus hic progressus: vasa sana cir-
ca margines cancri duri vi fluentis vitalis
liquidi attrita, & assurgente tumore distra-
cta rumpuntur, hinc putredo, tum sanies
subtilis, acris, foetida, cadaverosa, am-
bientia rodens, vicina exedens, progressus
in ambitum, & in profundum ad partes
vicinas emittendo undique radices mali-
gnas, quibus tenet fortiter, labia tumida,
retor-

retorrida, horrenda, dolor intolerabilis, urens, pungens, rodens, calor cineritius, lividus, niger, cancri occulti ad glandulas communicantes, haemorrhagiae, convulsiones, febris lenta, extenuatio totius, $\alpha\omega\sigma\mu\sigma$, indolentes in aure calli, lipothymiae, inde peresis & consumtis mors.

500. In Euchymis occulti cancri quiescentis facilis toleratio, moti rabies (496.) praedicitur.

501. Cancer parvus, incipiens, liber, loco apto situs, vasis magnis non adcretus, a causa externa ortus, in juvenili, sanoque corpore, solus in toto corpore, illico ferro extirpandus, vel abscindendus est.

502. Emollientia, emplastica, suppurantia, acria, excoriantia, vesicatoria, caustica, ei applicata convertunt in cancrum ulceratum; ergo vitanda.

503. Cancer magnus, vetus, adhaerens, locis extirpationi ineptis situs, vasis magnis adcretus vel incumbens, a causa interna ortus, in corpore senili, cacochemical, ad cancrum composito, aliis jam canceris in eodem corpore sociatus, nec ferro, (501) nec medicamentis (502) tangendus est.

504. Ni enim cum radice & semine integre extirpari queat, asperabitur, ad interiora recurrit, alias generat, factos auget.

505.

505. Causa cancri tollenda cum **cancro**,
vel antequam tollatur ille.

Nisi integre auferri queat, reliquendus
est.

Uteri, faucium, palati, axillarum, in-
guinum insanabilis; labiorum curatu diffi-
cili.

506. Ergo in statu (503.) adspiramus ad
duo: 1. quietem mali. 2. lenimen sympto-
matum.

507. Quies impetratur: 1. locum defen-
dendo ab omni externo per plumbata, &
narcotica, 2. causam (495.) cognitam mi-
nuendo, corrigendo, avertendo: quo le-
nia purgantia ex blandis vegetabilibus,
mercurialibusque faciunt, parva & saepe
geminata dosi data. 3. diluentibus, ape-
rientibus blandis, subalcalicis. 4. vitando,
quae sumta, vel applicata vicem causae ge-
runt.

508. Symptomata iisdem (507.) leniun-
tur; dolor opita exigit.

509. Exulceratus, (498. 499.) ni tolli
queat, lenitur saepe mundando, plumbata
lenissima applicando, tum dicta (507. 508.)
adhibendo.

510. Extirpatio fit: 1. Corpus victu,
medicamentisque refocillantibus, & causae
adversis praeparando. 2. totum simul & se-
mel cum omni radice filo trajecto, vel fur-
Aphor. *H* *cilla*

cilla suffixa, elevatum exscindendo, vel detectum, incisis integumentis, filo trajecto attoillendo, & deinde prudenter separando.
3. vulnus rara, blandaque obligatione curando, vicino cruento prudenter prius evacuato.

§ 11. His actis, (§ 10.) diu pergendum in victu & medela cancro adhuc praesenti propria, quin & patet, quae mala a cancro in loco extirpationem renuente prodire queant.

D E M O R B I S O S S I U M.

§ 12. I psa ossa morbos patiuntur similes iis, quos hactenus in mollieribus partibus descripsimus.

§ 13. Nam interstitia horum vestiuntur membranula eodem vasorum genere instruta, iisdem liquoribus perpetuo allatis humidata, ac illae.

§ 14. Et prout haec spatiola (§ 13.) majora, eo os ibi proprius accedit structurae partis mollis.

§ 15. Ideoque aptius ibi (§ 14.) pati eos morbos qui aliter molles partes occupare dicuntur.

§ 16. Talis est latior circa juncturas pars, quam densior, minusque vasculosa sit in one medio.

§ 17.